

lo non descubran; ca ninguno non deve descubrir a su Christiano el pecado que ouiesse fecho, seyendo encubierto; fueras ende si lo dixesse en tal lugar, que le aprouechasse (10), e non le podiesse ende venir daño: e por esso se denen estrañar de su compañía en esta manera, porque aya verguença porende, e faga enmienda del mal que fizo, porque salga mas ayna de la descomunion en que esta.

LEX XXXV.—Publico excommunicato ecclesiam intrante cessetur à divinis, et ipse expellatur, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis. Sed si celebrans missam est jam in sacra, non cesset, donec consumat Eucharistiam. Si verò est occultè excommunicatus, taliter se habeant scientes, quòd non publicetur. Hoc dicit.

(1) *Concejeramente.* An autem excommunicatio probata per famam tantum, repellat ab actibus prohibitis excommunicatum? Bald. voluit, quòd sic, in cap. 1. in princ. *hic finitur lex Domini Freder.* nisi diffamatus se purget vel ostendat contrariam famam, vide bonum textum in cap. *cum desideres*, §. *secunda*, de sent. excomm. et Abb. in cap. *prudentiam*, §. *sexta*, ad fin. *de offic. deleg.* ubi hoc intelligit, quando iudex faceret ex officio, secus si procederetur ad petitionem partis: et est communis opinio Doctor. ibi, quòd excommunicatio non probetur per famam ad repellendum excommunicatum, contra quam tenet Felin. ibi, quæ tamen defenditur à Philippo Decio; videre poteris ibi per eos, et communis opinio satis probatur in cap. *de except.* lib. 6. si tamen excommunicatio probaretur per denuntiationem, sufficeret ad repellendum excommunicatum, secundum communem opinionem Doctor. in dict. §. *sexta*, sequentium Archid. in cap. *nemo contemnat*, ff. quæst. 3. colum. 2. vers. *ultimò notab.*

(2) *En la Iglesia.* Ut tamen audiat verbum Dei, licitè intrat ecclesiam, cap. *responso*, de sent. excomm. Gloss. etiam in cap. *qui studet*, 1. quæst. 1. in opinione Bart. Brixien. dicit, quòd et aliàs potest intrare, dummodò non intret causa audiendi divina, adde cap. *quod in te. de penitent.* et *remis*, et cap. *alma mater*, de sent. excomm. lib. 6. cum dicit: *interdictis et excommunicatis exclusis*, etc. Abb. tamen in dict. cap. *responso*, post alios tenet contra dictam glossam, vide eum in 1. notab. Joan. de Imol. tenet opinionem dictæ glossæ, quòd liceat excommunicato intrare ecclesiam causa orandi. Hostiens in summ. de sent. excomm. ultim. chart. colum. 3. vers. *sed numquid*, dicit, quòd nullo tempore excommunicatus potest intrare ecclesiam, sed intellige, nisi sit causa audiendi verbum Dei, ut in dicto cap. *responso*, vel causa orandi, secundum Joan. Andr. in cap. *nobis*, de iure patronatus, et in cap. *nuper*, in verbo *orando*, de sent. excomm. et si est clericus obligatus ad Horas, eas dicere non potest per modum officii, sed orationis, solus, id est sine socio, et sine *Domino vobiscum*, etsi sit sacerdos, vide Sylvest. in summ. in verbo *excommunicatio*, 3. vers. *tertiò non potest*, vide supra eod. l. 6.

(3) *Cessar de las dezir.* Adde Glos. in cap. *sicut Apostoli*, 11. quæst. 3. et in cap. sequenti.

(4) *En la Sacra.* Id est in Canone missæ, adde Glos. in dict. cap. *sicut Apostoli*, et Hostiens. in summ. de sent. excomm. ult. chart. col. 4. vers. *si verò jam incæperat Canonem*.

(5) *Tan santa cosa.* Sacra mysteria non sunt interruptenda, nec dimittenda etiam incompleta, 6. quæst. 1. cap. *nihil*.

(6) *Por fuerza.* Adde Hostiens. ubi supra, et facit cap. *veniens*, de sent. excomm. et limitat Hostiens. dummodò tantam potestatem habeat, quòd sine effusione sanguinis hoc facere possit; aliàs recurrit ad brachium sæculare, ut et hic subjicit: et habeas hic, quòd non licet clerico injicere ad hoc manus in laicum, nisi quando ille locus est de temporalis jurisdictione ecclesiæ; licet enim laicus delinquant in ecclesia, punitio pertinet ad iudicem sæcularem, et non ad ecclesiasticum, secundum Bart. in l. *si cui*, ff. de accusation. et vide Abb. in cap. fin. *de immun. eccles.* ult. notab.

(7) *Al Señor de la tierra.* Adde l. 18. supra eod.

(8) *Amonestar.* Prosequitur dicta Goffred. et Hostiens. ubi supra.

(9) *Salir.* Hodie stante Extravaganti, de qua dixi supra eod. in l. 53. videtur, quòd ad hoc non teneatur, si non sit denunciatus, qui est excommunicatus, et causa excommunicationis non sit violenta ma-

num injectio in clericum, vel religiosum, juxta illius Extravagantis tenorem.

(10) *Que le aprouechasse.* Peccatum occultum licet revelare illis qui possunt prodesse, et non obesse, 5. quæst. 5. in summ. et in cap. *hoc videtur*, 22. quæst. 5. et quando in crimine occulto omnino permittitur denuntiatio (quando non speratur, salicèt, de correctione) tunc denuntiatio est fienda Prælato, non ut iudici, sed ut personæ, quæ poterit prodesse, et sub sigillo secreto, vide Petr. de Pal. in 4. sentent. dist. 19. quæst. ult. artic. fin.

LEY XXXVI.—Que cosas son vedadas a los que son descomulgados de la menor descomunion.

Diziendo la Missa, non deve entrar en la Iglesia el que fuere descomulgado de la menor (1) descomunion, en quanto la dixeren, como quier que puede oyr las otras Horas; e esto es, porque non deve auer parte en ninguno de los Sacramentos: e si fuer Clerigo, non deve dezir las Horas con los otros (2), maguer las pueda oyr, como faria uno de los legos. Nin otrosi non le deuen dar ninguno de los Sacramentos. Pero el que cayesse en la sentencia de la menor descomunion, despreciando, o acompañandose a sabiendas con los descomulgados, peca porende mortalmente (3), de manera que lo pueden descomulgar de la mayor (4) descomunion, si non se quisiere quitar de aquel yerro. Mas si cayesse en ella, acompañandose con algun descomulgado, non parando mientes en guardarse tambien como deuia; o le acacesse como a so ora (5), que lo ouiesse acompañar por verguença que ouiesse del, non lo faziendo a sabiendas, ni por desprecio de la sentencia; este atal si fuere Clerigo, puede dezir las Horas con los otros, mas non deve cantar Missa, nin oyrla, nin dar ninguno de los Sacramentos de la Iglesia, nin recibirlos; pero si los diesse (6) valdria, e esto es porque la fuerça del Sacramento es tan grande, ca maguer en tal fecho como este lo diesse el Clerigo que fuesse descomulgado, valdria a aquel que lo rescibiesse.

LEX XXXVI.—Dum Missa dicitur, non ingrediatur ecclesiam minori excommunicatione ligatus. Potest tamen aliàs Horas divinas audire, et peccat mortaliter scienter participans excommunicato: et ideò excommunicari potest excommunicatione majori, si monitus non destiterit. Si tamen sit clericus, qui minori est ligatus excommunicatione casualiter habita cum excommunicato, seu ex pudore, non in contemptum, non debet Missam celebrare, nec eam audire, nec ministrare, nec recipere Sacramenta Ecclesiæ; si tamen de facto ministraverit Sacramenta, suum sortiuntur effectum. Hoc dicit.

(1) *Menor.* Et approbatur hic opinio Raymund. qui voluit, quòd excommunicatus minori excommunicatione, libet possit intrare in ecclesiam, non tamen potest audire Missam. Gofred. tamen tenuit, quòd excommunicatus minori possit audire Missam, licet dicat tutius esse, quòd primo absolvatur, et opinionem Raymund. dicit Hostiens. in summ. de sentent. excomm. securiorem, vide eum in §. *et quæ sit pœna participantium*, vers. *sed numquid*; Sylvest. tamen in summ. in verbo *excomm.* 4. vers. fin. ad fin. aliter refert ista dicta Raymund. et Gofred. et quòd scripserunt isti, et alii Doct. in hoc scrupulosè more Canonistarum; sed quòd veritas sit, quòd potest intrare ecclesiam excommunicatus minori, et Missam et Horas cum aliis audire, refert ad hoc Petrum de Palud.

(2) *Con los otros.* Intelligit, quando facit scienter, et in contemptum, ut inferius subjicit; nam si hoc cessaret, posset cum aliis dicere Horas, ut subjicit ista lex, et adde Hostiens. in summ. de sentent. excomm. ultim. chart. vers. *sed numquid*, ibi: *excommunicatus autem minori*.

(3) *Mortalmente.* Vide quæ dixi supra eod. l. 53. in glos. magna.

(4) *De la mayor.* Adde cap. *si celebrat*, ad fin. *de cleric. excomm. minist.*

(3) *A so ora.* Id est casualiter, et adde Hostiens. in summ. de sent. excomm. ult. chart. colum. 5. vers. *sed numquid*, ubi habentur, quæ in ista lege dicuntur.

(6) *Si los diesse.* Adde cap. *si celebrat*, de cleric. excomm. minist.

LEY XXXVII.—Que pena merecen aquellos que acompañan a los que descomulga el Papa, e en que manera deuen dezir las Horas los que son velados.

Consentir non deuen los Clerigos, que se acompañen con ellos para decir las Horas (1), ni en otra manera (2), ningun Clerigo que fuesse descomulgado del Papa de la mayor descomunion: ca si lo rescibiesse (3) en su compañía, caerian porende en descomunion, tambien como el, e non les podria ninguno absolver, si non el Papa; fueras ende si lo fiziesse otro por su mandado. E esto es, por la alteza, e por la mayoria que ha el Papa sobre los Perlados. Otrosi los Clerigos a quien vedassen sus Perlados, non deuen dezir las Horas en la Iglesia con los otros (4), como quier que las puedan dezir apartadamente, rezandolas como quier faze oracion. Esso mismo pueden fazer los que fueren descomulgados de la descomunion menor (5), ca las pueden dezir en la Iglesia, segun que es dicho de los vedados. Mas el que fuesse de la mayor (6) descomunion, non las deve dezir en la Iglesia en ninguna manera, maguer que las pueda dezir fuera, rezandolas, assi como de suso es dicho.

LEX XXXVII.—Clericus participans scieater et spontè clerico à Papa excommunicato in divinis officiis, excommunicatus est majori, et tantum absolvendus per Papam, vel de ejus mandato: et excommunicatus majori tenetur Horas dicere solus, et extra ecclesiam debet eas dicere; sed minori innotatus, aut interdictus, dicit eas solus intra ecclesiam, si vult. Hoc dicit.

(1) *Las Horas.* Adde cap. *significavit*, de sent. excomm. et supra eod. l. 22.

(2) *Ni en otra manera.* In divinis intellige, juxta communem intellectum dict. cap. *significavit*.

(3) *Rescibiesen.* Spontè et scienter intellige, ut in dict. cap. *significavit*.

(4) *Con los otros.* Adde l. 18. supra eod. et quæ ibi dixi.

(5) *De la descomunion menor.* Vide quæ dixi supra l. proxima, in gloss. 2.

(6) *De la mayor.* Noto ad ea, quæ dixi supra l. proxima, in gloss. 1.

LEY XXXVIII.—De la pena que deuen auer los que ayudan en alguna manera a los enemigos de la Fe contra los Christianos.

Falsos Christianos llama Santa Iglesia, a todos aquellos que dan ayuda, o consejo (1) en alguna manera, a los enemigos de la Fe contra los Christianos; e avn a todos aquellos que les dan, o venden armas (2), o Navios, o Galeas, o maderas para ellos; e otrosi a los que la lleuan. E tan gran falsedad tiene Santa Iglesia que fazen, los que ayudan en alguna destas maneras sobre-dichas, o en otra semejante dellas; que por tal fecho solamente los da por descomulgados (3) de la mayor descomunion, assi como sobredicho es, maguer non los descomulgasen concejeramente. E manda que todos sus bienes destas atales, que los tomen, luego que alguna destas cosas fizieren, los Señores de aquella tierra donde fueren moradores: e otorga demas desto, que quienquier que los prenda, que sean sus sieruos (4), e que los puedan vender, e seruirse dellos, tambien como si fuessen Moros. E si por aventura acacesse, que alguno se fuesse para ellos, para ayudarles contra los

Christianos, o diessen ayuda, o consejo a otros, que lo fiziesen; manda que quantos tan grande enemiga como esta fizieren, que non los sotierren nunca jamas en las sepulturas (5) de la Iglesia, si ante que muriesen, non fiziesen gran enmienda ende a Dios, e a su Señor natural, contra quien les dieren aquella ayuda. E si acacesse que algunos soterrasen y, manda el derecho, que les saquen dende los huesos (6) muy deshonrradamente, como de ome que fizo tan grande traycion contra Dios, e contra sus Christianos, a quien deve ayudar, e non fazer estoruo. E como quier que estos atales non tan solamente por el fecho, o por el consejo que dieron a los enemigos de la Fe, sean descomulgados; mas manda Santa Iglesia (7), que todos los Domingos, e fiestas, los denuncien concejeramente por descomulgados ante los fieles Christianos.

LEX XXXVIII.—Deferentes arma, seu alia prohibita Sarraeenis dantes, seu vendentes, vel ad hoc auxiliantes ope vel consilio, sunt eo ipso excommunicati, et diebus dominicis et festis pro talibus denunciandi, et capientium efficiuntur servi, et domini terrarum, unde isti habent domicilium, possunt eorum bona occupare; et transfugæ, seu euntes adjuvandum infideles contra Christianos, vel ad hoc aliis dantes auxilium vel consilium, carere debent ecclesiastica sepultura, nisi postea magna Deo, et suo Principi Christiano contra infideles servitia exhibeant, et emendant; et si de facto sepellantur, sunt inde cum dedecore magno exhumandi. Hoc dicit.

(1) *Ayuda o consejo.* Adde cap. *quod olim*, de Judic. et Sarraec. et cap. *ita quorundam*, et cap. *ad liberandam*, eod. tit. et Extravagant. Clementis V. quæ est in Communibus sub tit. *de Jud. et Sarraec.* incipit, *Multa mentis amaritudine*, et adde etiam l. 4. tit. 21. 4. Part. et l. 22. tit. 3. Part. et l. 51. tit. 26. Part. 2. et l. fin. tit. fin. lib. 1. Ordin. regal.

(2) *Armas.* Procedit etiam si tempore pacis deferatur, ut in cap. *ita quorundam*, et cap. *ad liberandam*, de Judicis. Quid de virtualibus, et mercibus? Dic ut in dict. cap. *quod olim*, et dixi in l. 22. tit. 3. Part. 3. limita tamen, si arma vel alia prohibita deferrentur ad Sarraeenos causa redemptionis captivorum, ut in cap. *significavit*, de Judicis et Sarraec. nam si tempore pacis deferantur, licebit, non tamen tempore belli, Gloss. et ibi Abb. in dict. cap. *significavit*; victualia tamen, et alia quæ non sint de armis et aliis prohibitis, omni tempore et loco licitum est deferre causa redemptionis captivorum, et etiam tempore belli; et dicit Sylvest. in summ. in verbo *excommunicatio*, la 7. quòd si tempore pacis deferantur arma, et hujusmodi pro redimendo captivos, quando aliter redimi non possunt, post factum condemnare non debemus; maxinè, quòd in dict. cap. *si significavit* dicitur, quòd deferentes prohibita post trequam causa lucrandi incidunt in excommunicationem, unde videtur innui, quòd non incidant deferentes non causa lucrandi, sed redimendi: ante factum tamen neque tempore pacis hoc consulere debemus, est istam dicit esse mentem Innoc. Joan. And. et Pauormit.

(3) *Descomulgados.* Vide in iuribus supra allegatis in 1. gloss. et hodiè absolutio est reservata Papæ per processum Curie, et vide in Extravaganti Pauli, et Sixti sub tit. *de penitent. et remiss. in Communibus*, et Abb. in cap. *quod olim*, in fin. *de Jud. et Sarraec.*

(4) *Sus sieruos.* Vide in dictis iuribus, et in l. 4. tit. 21. 4. Part. ubi vide quæ dixi.

(5) *Sepulturas de la Iglesia.* Unde in especie in istis transfugis ad Sarraeenos hoc caveatur, non sum memor; forte hoc dicit, quia ex quo isti sunt excommunicati, ut in cap. *quod olim*, de Jud. et Sarraec. est eis deneganda sepultura, cap. *sicut*, el 1. de hæret. 24. quæst. 2. cap. *sanè*, et fortè ex illo cap. *sicut*, sumpta est hæc lex, cum ibi prohibetur sepultura ecclesiæ his, qui hæreticis favent.

(6) *Los huesos.* Vide in cap. *sacris*, de sepult. et in cap. *quicumque*, in princ. de hæret. lib. 6.

(7) *Manda Santa Iglesia.* Vide in dict. cap. *ad liberandam*, et in dict. cap. *ita quorundam*, de Judicis, et in dicta Extravag. Clementis V. An autem requiratur nova citatio ad denunciandum quem pro excommunicato, vide quæ tradit Felin. in cap. 1. *de Judicis*, col. 6.